LINGVA LATINA PER SE ILLVSTRATA

LEXICON IMAGINIBVS ORNATVM

composuit *Ansgarius Legionensis*

NOMINA PRIMAE DECLINATIONIS	Familia Romana	Imagines
ALA-AE	X, 12 Avis duas alas habet.	
AMICA-AE	VI, 79 Medus Romam vocatur ab amica sua, quae femina est pulchra et proba.	
ANCILLA-AE	II, 31 Delia ancilla Aemiliae est.	
ANIMA-AE	X, 52 Anima est aer qui in pulmones ducitur (cum homo spirat).	
AQVA-AE	V, 28 In villa Iulii magnum atrium est cum impluvio. Quid est in impluvio? In eo est aqua.	
AQVILA-AE	X, 9 Aquila est magna avis fera, quae parvas aves capit et est.	
BESTIA-AE	X, 1 Equus et asinus, leo et lupus, canis et ovis bestiae sunt.	
CAVDA-AE	X, 15 Piscis qui natat caudam movet.	

DOMINA-AE	II, 31 Aemilia domina Deliae est. Aemilia domina ancillarum est.	
FAMILIA-AE	II, 9 Iulius, Aemilia, Marcus, Quintus, Iulia, Syra, Davus, Delia Medusque sunt familia Romana.	
FEMINA-AE	II, 1 Aemilia femina Romana est.	
FENESTRA-AE	V, 26 In villa sunt duo ostia: ostium magnum et ostium parvum. Villa duo ostia et multas fenestras habet.	
FERA-AE	X, 7 Ferae et homines amici non sunt.	
FILIA-AE	II, 14 Iulia est filia Iulii et Aemiliae.	
GEMMA-AE	VIII, 7 Gemmae et margaritae sunt ornamenta.	
GENA-AE	XI, 8 Infra oculos genae sunt.	

GRAMMATICA-AE	I, 84 Grammatica Latina	
HERBA-AE	IX, 8 Cibus ovium est herba, quae in campo est.	
IANVA-AE	XV, 27 Titus ad ludum advenit et ianuam pulsat antequam intrat.	
INSVLA-AE	I, 27 Corsica insula est. Corsica et Sardinia et Sicilia insulae sunt.	
LACRIMA-AE	VII, 7 Puella lacrimat: in oculis eius sunt lacrimae.	
LECTICA-AE	VI, 21 Dominus in lectica est. Duo servi lecticam cum domino portant.	
LINEA-AE	VIII, 8 Linea cum margaritis ornamentum est. Linea sine margaritis non est ornamentum!	
LINGVA-AE	XI, 10 Os est inter duo labra. In ore lingua et dentes insunt.	

LITTERA-AE	I, 66 A et B litterae sunt. C quoque littera est. A, B, C sunt tres litterae.	
MAMMA-AE	III, 19 Iulia plorat et Aemiliam vocat: “Mamma! Mamma! Marcus me pulsat!”	
MARGARITA-AE	VIII, 7 Gemmae et margaritae sunt ornamenta.	
MENSA-AE	IV, 60 Davus sacculum suum in mensa ponit.	
PAGINA-AE	II, 85 In LINGVA LATINA PER SE ILLVSTRATA sunt multae paginae et multa capitula.	
PECVNIA-AE	IV, 3 Sacculus Iulii non parvus est. In sacculo eius est pecunia. Iulius pecuniam in sacculo habet.	
PERSONA-AE	III, 2 *SCAENA PRIMA* *Personae: Iulia, Marcus, Quintus*	

PILA-AE	X, 74 Iulia pilam tenet et cum pueris pila ludere vult.	
PORTA-AE	VI, 15 In muro Romano duodecim portae sunt. Porta prima Romana est porta Capena.	
PROVINCIA-AE	I, 57 Hispania et Syria et Aegyptus provinciae Romanae sunt.	
ROSA-AE	V, 13 In hortis sunt rosae et lilia. Iulius multas rosas et multa lilia in horto suo habet.	
SCAENA-AE	III, 1 *SCAENA PRIMA* *Personae: Iulia, Marcus, Quintus*	
SILVA-AE	IX, 21 In silva multae arbores sunt. In silva est lupus.	
SYLLABA-AE	I, 74 In vocabulo *insula* sex litterae et tres syllabae sunt.	 In vocābulō *īnsula* sex litterae et trēs syll syllaba prīma *īn-*, secunda *-su-*, tertia *-la*. In
TABERNA-AE	VIII, 1 Ecce taberna Romana. Albinus hanc tabernam habet. Albinus tabernarius est.	
TERRA-AE	IX, 26 Caelum est supra terram. Montes et valles, campi silvaeque sunt in terra.	
VENA-AE	XI, 20 In corde est sanguis, qui per venas ad cor fluit.	

VIA-AE	VI, 1 In Italia multae et magnae viae sunt.	
VILLA-AE	V, 1 Ecce villa et hortus Iulii. Iulius in magna villa habitat.	
VMBRA-AE	IX, 30 Sub arbore umbra est. Pastor umbram petit. Etiam oves umbram petunt.	